



SAMUELIS RACHELII, Jcti,
 & in Illustri Holsatiæ Academia
 Antecessoris,

De


**JURENATURÆ
 ET
 GENTIUM**

DISSERTATIONES.

KILONI,

Literis Joachimi Reumanni. Acad. Typogr.
 Anno cl^o l^o c^o LXXVI.





*SERENISSIMI
BRUNSVICENSIIUM ET LUNEBURGENSIUM*

DUCIS,

**SPECTATISSIMÆ FIDEI
ET PRIMÆ DIGNITATIS
CONSILIARIO,**

*PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO
DOMINO,*

**DOMINO OTTHONI
GROTE,**

TOPARCHÆ IN FRIDELAND;

**Dynastæ in Wedesbüttel, Fachsenfelde, Jü-
en, Wrestädt & Knefebeck &c.**

**PATRONO ET AMICO
SVO MAGNO,**

Salutem & Felicitatem perpetuam.

Magnum



ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISSERTATIO PRIMA

DE JURE NATURÆ.

I.

Juris multiplex & varia admodum Divisio tradi solet. Ulpianus, cum Juris vocabulo pro ipsa Jurisprudencia, seu disciplina Juris, usus fuisset, duas illius Studii facit Positiones, quod aliud sit Publicum Jus, aliud Privatum. Atque hoc tripertitum esse ait: collectum etenim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. *l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jur.* Describit deinde suo more Jus Naturale *d. l. §. 3.* Jus Gentium *d. l. §. 4.* Jus Civile *l. 6. eod.* Cajus dispescit omne Jus in Civile & Gentium. *l. 9. ff. eod.* Per istud non Juris disciplinam, sed Jus quod quæque Civitas ex instituto sibi proprium constituit: per hoc Jus Naturale intelligit. Alias Divisiones & subdivisiones jam prætermitto. Ego enim juxta præceptum Dialecticorum talem quæro Divisionem, quæ fiat in partes immediatas. *Arist. 2. post. anal. c. 13.* Unde Divisio in proxima debet resolvi membra, neque saltus, ut ajunt, in ea est faciendus. Juxta has itaque regulas si Ulpiani & Caji divisiones examinentur, neutra censuram philosophicam sustinebit. Sanè quod illam divisionem attinet, quæ Ulpiano tribui solet, potius Triboniano accepta ferenda fuerit. Ulpianus enim Jus absolutè sibi non habuit propositum, ut illud ceu genus universum in species suas

A

suas